UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

223. Item de parricidis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

De eadem re. *Ex eodem.*

Concil. Compend. c.15. Burchard. lib. 17. c. 7.

CCXX. Similiter & de duabus ſororibus, qui cum una in adulterio manſit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem uſque in diem mortis; & illa quæ neſcivit, accipiat maritum.

Si quis propter faidam fugit. *Ex eodem.*

Concil. Compend. c.18. Lib. 5. Capitular. c. 6.

CCXXI. Si qui propter vindictam fugiunt in alias patrias, & dimittunt uxores ſuas, nec illi nec illæ alteri copulentur.

Item de inceſtis. *Ex eodem.*

Concil. Met. ſub Pippino c. 1. Lib. 5. Capitular. c. 7.

CCXXII. Si quis inceſtum cum proxima ſua commiſerit, peculium ſuum perdat, ſi habet; & ſi ſe non emendare voluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quòd ſi fecerit, ſexaginta ſolidos Regi componat. Et ſi pecuniam non habet, mittatur, ſi liber eſt, in carcerem. Si ſervus eſt, vapulet multis plagis.

Item de parricidis. *Ex eodem.*

CCXXIII. Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam amittat. Et ſi quis mœchatus fuerit cum matre & ſorore & amita, hereditatem perdat.

Item de inceſtis. *Ex eodem.*

Concil. Mogunt. ſub Kar. M. c. 53. Lib. 5. Capitul. c. 98. & 152.

CCXXIV. Epiſcopi inceſtuoſos inveſtigare ſtudeant. Et ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam